1630 sibi Reïcognoscentibus suisq́ posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Sabbatho Post Festum Sacratissimi Corporis Christi Domini # proximo Anno eiusdem Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

18/VI

Magnificus Capitaneus Sanocen[n] G. Zielonka Roborat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq́ praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnificus Georgius Vandalinus de Magna Konczyce Mniszek

1107 Sandecen Szczerzecen Dobrucien Capitaneus Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq́ suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam libere publice, ac sponte expressum recognouit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis

inscribit

inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Pauli Zielonka ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Scripto manuali Contentarum de Actu et data illius in oppido Laszki Die Vigesima Maij Anno praesenti confectum conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, Articulis Vadio Vigamentis, ac Legibus in Universum omnibus eidem Gnroso Paulo Zielonka ipsiusq posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare; omnibusq et singulis eiusdem Scripti manualis Contentis tam in toto, quam in parte quavis minima toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem roborationi ad praedictum Scriptum manuale Vicissim in toto referendo. Idq Sub Vadio Tredecim Millium florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem vel eius successores praescripto Gnroso Zielonka vel eius posteris ob non completionem Contentorum Scripti praefati manualis omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit id solvendum succumbendo. Proquo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non complata complenda Citatus existens memoratus Magnificus Georgius Vandalinus de Magna Kunczyce Mniszek sive eius successores, Ad Instantiam praefati Gnrosi Pauli Zielonka vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex Iure recessu supra inscripto quo ad respondendum

Spectat

Spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Vadium praestare, Luere, Inscriptioni huic satis, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligit praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus Impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemis Simplicibus vel Triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, praescriptione Terrestri, bello Conuocatione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec omnino alioquouis evadendo. Ac sua praesenti personali recognitione id praemissa omnia mediante.

1640

Feria Secunda intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo

20/VI